

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nuclei evangelici pars festivalis**

**Trautmann, Samuel**

**Wittebergae, 1664**

Oraculum sacrum XXXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)



emplum habet in loco presente. Accepisti  
na inter homines h.e. accipiens distribuisti  
bam, unam dediisti inter homines. Huic adde Gen.  
I, 12. cap. XLIII. 33. Exod. XXIII. 18. Ps. XXI. 13  
XII. 21. LV. 19. &c.

6. Ad gloriam Christi mediatoris pertinet  
onorum Sp. Sancti acceptio & eorundem di-  
tributio. E. beatis sanctis hæc gloria non est  
buenda. Contra Pontificios contendentes DEum  
atis in celo hoc concedere ut invocati dent, lar-  
entur & distribuunt varia dona hominibus.

# ORACULUM SACRUM XXXIII

*Ephes. IV. 9. & 10.*

## TEXTUS GRÆCUS SACER.

Τὸ δὲ ἀνέβη, τί ἐστὶν εἰ μὴ ὅτι καὶ κατέβη  
ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τὰ πόδια τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ. ὁ κατέβη,  
ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ ὁ ἀνέβη, ὑπεράνω πάντων τῶν  
οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα.

## Latina versio Vulgata.

Quod autem ascendit, quid est nisi  
via & descendit primum in inferiores  
artes terræ. Qui ascendit super omnes  
celos, ut adimpleret omnia.

T

Versio



## Versio B. LUTHERI.

Daß Er aber auffgefahren ist/  
was ist's? Denn daß Er zuvor ist hin-  
unter gefahren in die untersten Orte  
der Erden. Der hinunter gefahren ist/  
das ist derselbige/ der auffgefahren ist  
über alle Himmel/ auff daß Er alles  
erfüllet.

## N O T Æ.

1. Hoc sacrum oraculum precedaneo an-  
nectere volui, quia hi duo loca sese invicem  
explicant.

2. Per descensum in inferiores partes terre  
non intelligitur descensus Christi in sepulcrum,  
quia sepulcrum non est *hærens* *in* *ter*  
*ra*: Neq; per hunc descensum notatur Chri-  
sti incarnatio sive descensus in uterum matris  
(uti hæc phrasis de conceptione usurpatur *Ec*  
*CXXXIX. 15.* Unde & Chaldaus inferiora ter-  
re per uterum maternum reddidit. Est enim  
uterus seu matrix locus imus & caliginosus  
sicut inferiora terra) Nam Apostolus heic non  
loquitur de Christo incarnato, uti cuilibet ter-  
rum altius pensitanti erit in propatulo. Nec ul-  
tibi in sacris literis de Christi incarnatione fiat  
phra-



hrasis usurpatur, nec de tota Christi *νεώσας*,  
 vicquid nostra causa subire & passus est Sal-  
 ator, uti quidam hunc locum de infima Chri-  
 sti humiliatione & profundissima exinanitio-  
 ne exponunt. Nam Apostolus heic non agit  
 de Christi exinanitione, sed de ipsius victoria  
 & triumpho. Relinquitur igitur per descensum  
 in inferiores terræ partes realem Christi ad  
 inferos descensum exprimi. Quod duobus  
 robari potest argumentis, quorum prius ita  
 habet:

Qui prius descendit in inferiores terræ  
 artes, post quas non est aliud quid, ita ut  
 post adscenderit supra omnia, ultra quæ non  
 est aliud, ille verè ante adscensionem in sum-  
 mos cœlos imò supra eosdem, ad inferos prius  
 descendit.

Alterum argumentum ita procedit: :  
 Qui ideo descendit & adscendit ut omnia im-  
 leret, ille etiam non in terram tantum, sed &  
 in inferiores, partes terræ descendit ut illas im-  
 leret. Quæ omnia notanda sunt, i. contra  
 alvinianos & nonnullos Pontificios hunc locum  
 de Christi incarnatione vel de ejus exinatio-  
 ne exponentes, vel articulum de Christi descensu  
 in inferos cum priori de sepultura conjungentes.  
 Videatur Rivetus in Ps. 68. & in Cathol. orthod.



tr. 2. quæst. 6. n. 14. Chamier T. 2. Panstr. Evang. in h. l. Scharp. Curs. Theol. p. 420. Estius in h. l. qui allegat in eundem sensum Thom. Cajetan. Cathar. & Ariam Montanum.

2. *Contra Socinianos existimantes per descensum Christi ad inferas nihil aliud designari quàm statum mortis, h. e. quod Christus post mortem in eum per venit statum, in quem deveniunt omnes mortui: Vid. Smalc. Refut. lib. 1. de error. Arianorum c. XIV. p. 148.*

2. Si igitur per descensum Christi in inferiores partes terræ intelligitur realis ejus descensus ad inferos, utiq; nihil efficiunt Marcionita Valentiniani, Anabaptista & Mennonista quando ex h. l. ita inferunt:

Idem est Christus, qui post resurrectionem in cœlos adscendit, & qui prius ex cœlo descenderat.

E. eadem carne prius ex cœlo descendit, quæ postmodum in ipso adscendit. Et proinde carnem ex substantia virginis Mariæ non assumpt.

4. Apostolus h. l. ad cap. I. 20. 23. testatur Christum adscendisse super omnes cœlos ut omnia impleret. His autem verbis describitur dominatio divina præsentissima, uti videtur Jer. XXIII. 24. E. Christus non absens, sed præsens dominatur & quidem non solum secundum



Tantum secundum divinam, verum etiam secundum humanam naturam. Secundum divinam naturam Christus ante adscensum omnia implebat & cunctas. Secundum humanam naturam omnia implet & cunctas. Hinc ita colligo: Qui omnia adimplet nusquam excluditur.

Christus homo omnia adimplet.

E. nusquam excluditur. contra Socinianos negantes Christum praesentem esse in terris populo suo, quem regit, imò quantum ad naturam humanam ita absentem dicunt, quemadmodum supernum coelum ab infima terra distat. Vide Smalc. de Divin. Christi cap. XVI. 101. Horum vestigia legunt Calviniani. Hinc Cinglius ad Epist. Theobald. Bilt. ita scribit: Christus quo ad humanam naturam in caelis TANTUM est. Et Beza in Quest. f. 658. ait: Quanto spacio abest à terris ubi nos sumus id quod est supra omnes caelos tanto spacio abest à nobis Christus secundum humanitatem: Imò Ursinus eo impiecatris procedit ut dicat omnipraesentiam Christi, esse monstrum & deliramentum, quo Diabolus propinet gloriam Dei deridendam.

5. Christus prius descendit in inferiores terras partes quam adscendit in coelum, teste h. l. Apostolo. E. hic ordo non est invertendus, aut statuendum Christum sub auspicio muneris

T i

neris



neris sui prophetici adscendisse in cœlum, ibiq; à DEO fuisse informatum, *contra modo nominatos Socinianos*. Vid. Socin. in Instit. Relig. Christ. p. 119. Ostorod. in Instit. & Smalc. de Divin. Christi.

6. Apostolus h. l. expresse tradit articulum de reali Christi descensu ad inferos, ut ex adlatis liqvescit: Idem facit Symbolum Apostolicum. E. hic articulus ad salutem scitu est necessarius, *contra Swareffum in 3. Thom. qvæst. 52. a. 8. d. 43. §. 2. Bezam in Act. 2. Bucan. l. 25. Instit. Martyr. L. C. clas. 3. Lavater de Descensu, part. 4. l. 1. c. 2. Hemming. in Syntagm. & alios.*

Distingvendum tamen inter necessitatem credendi cognita & inter necessitatem hoc vel illud dogma cognoscendi.

7. Apostolus heic de toto Christi pronunciat quod ut adscendit, ita & descenderit. Jam verò totus Christus adscendit. E. & totus descendit, *contra Bellarminum, qui quantumvis realem Christi ad inferos descensum concedat asserit tamen non totum Christum, sed ejus tantum animam ad inferos descendisse*. Vid. Bellarm. T. I. contrav. 2. lib. 4. cap. 15. & 16. Cui quoque Quis ad stipulantur Petrus Martyr T. I. L. C. Artius prob. part. 1. l. 15. & quidam Novatores.

8. Descendit autem Christus ad inferos

non



non ut liberaret ex limbo Patres, qui ante Sal-  
 atoris adscensionem, aut ejus in terris versati  
 tempora penam damni, non sensus, passi sunt,  
*et contendunt Scholastici:* Nam ex sacris satis  
 nobis constat Sanctos Patres ante Christi incar-  
 nationem non fuisse in limbo. Neq; Christus  
 deo descendit ad inferiores terræ partes, ut ibi  
 novos dolores pateretur, quam sententiam am-  
 plexi sunt *Flavius Illyricus, Thom. 3. part. q. 50. a. 1. &*  
*Cajet. in Act. 2. Busæus disp. de Desc. q. 9. th.*  
*18. sed ideo ut*

1. Regnum suum occuparet Phil. II. 9. 10.  
 2. Ut apud inferos predicaret, 1. Pet. III. 20.  
 3. ut spiritus in carcere reipsa, ac præsentia  
 sua convinceret & redargueret. Idcirco heic non  
 tam verbalis quam realis prædicatio intelli-  
 gitur: sicut Ebr. XII. 24. loquela non verbalis,  
 sed realis notatur. De sensu obscuri hujus lo-  
 ci videatur B. Gerhards commentarius in hanc  
 Epistolam eruditissimus p. 477. & seqq. Deniq;  
 ideo adscendit ad inferos ut  
 3. Se victorem Diaboli, inferni omniumq; ho-  
 stium infernalium demonstraret & de iisdem po-  
 tentissime triumpharet. Hof. XIII. 14. 1. Cor. XV.  
 55. 56. & h. l.

9. Per πλήρωσιν πάντων h. l. non intelligitur  
 amplexio scripturarum. Non enim additur, ut

T 4

prædi-



prædictum est, five ut impleteretur scriptura quæ  
phrases Apostoli adhibent, quando de comple-  
mento prophetiarum & scripturæ loquuntur,  
Vid. Matth. I. 22. II. 15. IV. 14. IIX. 17. XVII. 23.  
XXVI. 54. 56. Joh. X. 35. XVII. 12. XIX. 36. & 37.

Nec obstat huic sententiæ versus præce-  
dens octavus, ubi citatur vetus scriptura, ni-  
mirum psalmus sexagesimus octavus & sic ad-  
plicatio vel explicatio versu undecimo. Nam  
qui in parenthesi ponuntur versus nonus &  
decimus ab illa allegatione penitus differunt,  
id quod lector non oscitans faciliè depre-  
hendet, qui coherentiam antecedentium & con-  
sequentium nativam non negligit.

Nec 2. per πλήρωσι πάντων h. i. *υπερ*ius  
vel sola denotatur impletio donorum, quæ co-  
tidie Ecclesiæ suæ distribuit Christus. Nam  
1. dona illa non adduntur uti Col. I. 9. Phil. I. 4.  
Nec 2. Christus donis suis implet omnes ho-  
mines, sed tantum eos qui in Ecclesia sunt.  
3. dona illa utpote missio Spiritus Sancti, nul-  
li competunt nisi ei, qui divinâ δυνάμει prædi-  
tus, quàm δυνάμει adversarii humanitati Chri-  
sti derogant; Sed

3. Per πλήρωσι πάντων h. i. intelligitur  
imperium Christi universale tum in cælo, quod  
Apostolus his verbis innuit: *υπεράνω πάντων*



eretur in *ἐξ ὧν*: tum in terra & in inferno dum  
 quando ferit Christum descendisse *εἰς τὰ κατωτέρα*  
 scripturae *ἐν τοῖς ὑψ.* in inferiores partes terrae, leu,  
 III. quod idem est, in infimam terram. Compara-  
 ill. n. XIV. vum enim *κατωτέρα*, vim superlativi obti-  
 nentia refertur oppositio evincit. Hinc locum presen-  
 tens semem Apostolus explicat per *κατωτέρα* I. Cor.  
 oclav. V. 25. Vide loca *κατωτέρα* Jer. XXIII, 24.  
 u undecimbi DEUS ipse lux omnipotentiae majestatem  
 versu nunciat inqviens: Nunquid non coelum &  
 penitus terram ego, IMPLEO Ephes. I. 23. Sap. I. 7. &  
 s facillime nota.

ecedentem 1. Contra eos, qui per *κατωτέρα* πάντων com-  
 plementum prophetiarum & scripturae intelli-  
 gunt, quam sententiam amplectuntur Thomas  
 de Vio, Lyra, Aquinas, Anselmus, Primasius,  
 Sedul. apud Chamierum, Cajetanus, Bellarm.  
 i Col. I. 3. de Incarnat. Verbi c. 16. Eman. Saa. Svarcz.  
 Bucan. in L. C. p. 177. Petr. Martyr. in L. C.  
 f. 1619.

2. Contra eos, qui hunc locum de impletione  
 donorum in Ecclesia exponunt, cui opinioni ad-  
 stipulantur Cornelius à Lapide, Dionysius Car-  
 thus. Sadeel. T. 2. p. 220. Bez. in h. l. Piscator,  
 Martin. Ursinus p. 333. Toslan. Polan. Syntagma  
 Theol. I. 6. cap. 22. Rivet. in Pl. 68. p. 369. & alii.

10. Præterea *κατωτέρα* h. l. non tantum *κατωτέρα*  
 T 5 *ἐν τῷ*



ἡλικὸν ἐστὶν, vel nudum consequens, verumetiam  
αἰτιώδες & τελικόν, adeoque tam causam & finem,  
quam effectum & consequens subinfert, contra  
eosdem.

II. Deniq; verbum πληρώω satis ostendit,  
præter modum præsentia circumscriptivum  
& definitivum dari etiam modum repletivum,  
quo Christus secundum humanam naturam  
præsens sit, contra Jesuitas & Calvinianos ma-  
jestatem omnipræsentia divina carnis Christi  
communicatam negantes, & tantum localem &  
physicam præsentiam statuentes. Hinc perpen-  
datur quod habet Danæus contra Chemni-  
tium p. 88. Non valet copulatio tam arcta,  
tamq; inseparabilis duarum naturarum Christi,  
ut propterea quæcumq; in locum divina λόγια  
natura diffunditur, eo quoq; humana & assumpta  
natura COEXTENDATUR.

#### SUFFRAGIA PATRUM.

1. Quod Christus verè & realiter ad infer-  
ros descendit.

ἔπειτα ὁ κύριος κατήλθεν εἰς ἄδην μὲν  
ἐκ τῆς ἀνέληθαι δὲ μὲν πληθύνει, καὶ ἔσχισεν τὴν  
ἐκ τῶν αἰώνων φεγγαῖον καὶ τὴν μεσοτοιχίαν αὐτῶν  
ἐλυοῦν.

Christus descendit ad infernum solus, ad-  
scen-



endit autem cum multitudine, & septum illud æternum rupit & parietem intergerinum solius dissolvit, *Ignatius in Epistola ad Traianos.*

Descendit ad ea, quæ sunt deorsum terræ, vārens ovem, quæ perierat, *Iren. lib. 3. cap. 21.*

Descendit ut mortuis similiter ac nobis eccata remitteret, *Idem lib. 4. cap. 25.*

Christus Deus & homo mortuus, secundum scripturas, & sepultus secundum easdem, sic quoque legi satisfecit, formā humanæ mortis apud inferos functus, nec ante ascendit in sublimiora cælorum, quàm descendit in inferiora terrarum, ut illic Patriarchas & prophetas compotes sui faceret, *Tertull. lib. de anim. ap. 55.*

Unigenitus DEI filius pro salute mundi usque ad inferna descendit, & inde protoplastum revocavit, *Origenes hom. 15. in Genes.*

Ὁς ἐκείνη τῇ σῶτηριαν ἡμῶν, κατῆλθεν εἰς ᾅδου, ἀνέστη τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐκ τῶν νεκρῶν,  
Qui passus est pro salute nostra descendit ad inferos tertiā die resurrexit à mortuis *Athanasius in Fidei sue Confessione.*

In sepulcro verè positus est ut humo, sed petra præ timore scissæ sunt. descendit ad inferos ut & illic iustos liberaret. *Cyrillus Hierosolymi-*



*Solymitanus exponens Symbolum Constantinop.  
litaniarum catech. 4.*

Mors Domini nobis immortalitatem donavit, & ut descendit ad infernum dissolvit ejus robur & nervos destruxit, *Chrysost. in Genes. hom. 45.*

Paulus dicit quod descendit quid est nisi quod descendit ad inferos captivam ducens captivitatem, *Damas. l. 3. O. F. cap. 29.*

Oportet illos considerare tempus illius triduanæ sepulturæ in quo revera, (Christus) fuit in corde terræ, *Anastasius Nicenus quasi. inscript 89. T. 1. Biblioth. Patr.*

Quis nisi infidelis negaverit Christum apud inferos fuisse *Agust. in Epist. ad Exod.*

Secundum catholicam fidem firma auctoritate fundatam tenendum Christum apud inferos fuisse, *Idem loc. citat.*

*II. Quod totus Christus humana &  
& divina constans natura ad lo-  
cum damnatorum descen-  
derit.*

Μὴ ἀνίστασθαι εὐερε, μήτε ἀνενέγκηται ὁ  
τρίτον ἡμερῶν καὶ τῆς τρίτον νύκτιν, ἀλλὰ κα-  
ταλθεὶς εἰς αὐτὴν τῆς πρὸ τὴν ἀνάστασιν οἰκονο-  
μίας



εἶνα, ἵνα πληρώσῃ αὐτὴ τὰ πάντα.  
 e. Non immobilis neq; in efficax mansit tri-  
 diebus & tribus noctibus, sed descendit  
 infernum dispensationis gratiâ, quæ est circa  
 resurrectionem, ut impleret seipso omnia,  
 a Basilius toti Christo descensum ad inferos ad-  
 ribit in Ps. 44.

Totus filius apud Patrem, totus in cælo,  
 totus in terra, totus in utero virginis, totus in  
 inferno, Aug. lib. de Symbol.

Christi in infernum descensus naturæ  
 triusq; divinæ & humanæ unum opus fuit,  
 Albinus Alcuinus lib. 3. de Trinit. c. 16.

II. Quod Christus etiam secundum huma-  
 nam naturam omnia adimpleat.

Καὶ ὅς καὶ ἡουνῇ τῇ θεότητι πάντα τὰ  
 πάντα ἐπλήρῃ. καὶ συγκαθεῖς ἵνα τὰ πάντα  
 περὶ πλῆρῃ κατέβη καὶ ἀνέβη, Etenim  
 nuda quoq; divinitate olim omnia implebat.  
 Et incarnatus ut OMNIA CUM CARNE IM-  
 PLERET descendit & ascendit, Oecumenius su-  
 per hunc locum.

Ascendit Christus in Cælum ut omnia  
 impleat dominatione operationeq; idq; IN  
 CARNE, quandoquidem divinitate jam antea  
 cuncta complerat. Hæc autem adversus Sa-  
 mosa-



mosatenum & Nestorium sunt *Theophylactus*  
super locum presentem.

IV. *Quod Christus adscenderit ad cælos*  
*utiliter.*

Nos Christi mors vivificavit; nos Christi  
ascensio conservavit, *Aug. in Sermon. de Ascens.*

Christi ascensio nostra profectio & quod  
præcessit gloria capitis, eodè vocatur & Ipse corporis,  
*Leo Magnus serm. 1. cap. 4. de Ascens. Domini p. 71. col. 2. D.*

Securi estote caro & sanguis, usurpatis &  
cælum & regnum Dei in Christo, aut si negent  
vos in Christo, negent & in cælo Christum, qui  
vobis cælum negaverint, *Tertullianus lib. de Resurr. carn. cap. 51. T. 3. pag. 702. E.*

Ethæc ~~en~~ *trægyn* sufficiant. Sequuntur  
nunc

RHYTHMI GERMANICI.

Frolocket alle Land/ frolocket und jubilate!  
Denn heute Gottes Sohn gewaltig triumphiret.

Heut geht der Himmel auff die Feinde  
seynd erlegt/

Heut freuet alles sich was die Welt-  
Kugel trägt.



Ex Job. III. 16.

istitia causas queris? sunt GRATIA PATRIS  
Et MERITUM Christi, justificansq; FIDES.

# ORACULUM SACRUM XXXVI

Rom. III. 24. & 25.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Δικαιώμεθα δωρεάν τῇ αὐτῇ (Ἰεῷ) χάριτι,  
ἐκ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν χριστῷ Ἰησοῦ, ἐν  
ᾧ ὁ ὀφείτο εὐδοκίᾳ ἰλασθῆναι. Διὰ τῆς πίστεως ἐν  
τῇ αὐτῇ αἵματι.

Versio vulgata.

Justificamur gratis per gratiam illius  
DEI per redemptionem, quæ est in Chri-  
sto Jesu, quem proposuit Deus propitia-  
torum per fidem in sanguine ipsius.

Versio B. LUTHERI.

Wir werden ohne Verdienst ge-  
recht auß seiner (Gottes) Gnade/durch  
die Erlösung/ so durch Christum JE-  
sum geschehen ist/ welchen Gott hat  
für gestellet zu einem Gnadenstuel durch  
den Glauben in seinem Blute.

NOTA.